manuscript

Seite 30r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cordis · putredo ossium inuidia · Quid enim per carnes nisi i
firma quedam ac tenera · et quid per ossa nisi forcia acta signat
Et plerumque contingit · Vt quidam cum cordis innocencia in nonnul
lis suis actibus infirmi videant · quidam vero iam quedam
ante humanos oculos robusta exerceant · Sed tamen erga aliorum
bona intus inuidie pestilencia tabescant · bene ergo dicit ·
Vita carnium est sanitas cordis · quia si mentis innocencia cus
toditur · eciam siqua foris infirma sunt roborant · Et rone
illuc subdit · Putredo ossium inuidia quia per liuoris vicium
ante dei oculos pereunt · eciam que humanis oculis forcia vicia
videntur · Ossa quippe per inuidiam putrescere est quedam
eciam robusta deperire ·

Aliter amonendi sunt simplices atque aliter impij · Am
monendi sunt simplices ut studeant nunquam falsa
dicere · Sed amonendi sunt ut nouerint nonnunquam
vera reticere · Sicut enim semper falsitas non vera
dicentem lesit · ita nonnunquam quibusdam audita veritas
nocuit · Vnde coram discipulis dns locucionem silencio tem
perans ait · Multa habeo vobis dicere · Sed non potestis
illa nunc portare · Amonendi sunt igitur simplices · ut sicut
fallaciam semper vtiliter vitant · Ita veritatem semper vtiliter
proferant · Amonendi sunt ut simplicitatis bono prude
ciam adiungant · quatinus sic securitatem de simplicitate
possideant · ut circumspeccionem prudencie non amittant ·
Hinc namque per doctorem gencium dicit · Volo autem sapi
entes vos in bono · simplices autem in malo · Hinc electos
suos per semetipsam veritas amonet dicens · Estote ergo pru
dentes sicut serpentes et simplices sicut columbe · quia videlicet
in electorum cordibus debet · et simplicitatem columbe astucia
serpentis acuere · et serpentes astuciam columbe simplicitas
temperare · quatinus nec seducti per prudenciam calleant · nec ab
intellectus studio ex simplicitate torpescant · At contra am
nendi sunt impij vt cognoscant quam grauis labor sit dup
licitatis · quem cum culpa sustinent · dum cum deprehendi
metuunt · semper improbas defensiones querunt · Sp pauidis

ca^m 31